



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Gvthagovs Rex Scotiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

set Roma, & sciret iam imminere extreum vitæ suæ diem, voluit inuisere Coenobia Fratrum degentium sub suo regimine, seseque exuere humano onere, substituendo cuilibet Monasterio suo nomine procuratorem, omnibus tandem ritè, & ex voto peractis, rediit ad dilectam pauperiem Monasterij Broniensis, cum & ibidem cuncta debito ordine, ac multa prudentia constituisset, fratrumq; pectora diuinis monitionibus, & eloquiis irrigasset, cepit indies grauescere corporis imbecilicate, & perpendens iam sibi adesse vitæ terminum communivit se Dominici corporis & sanguinis perceptione, iussaque pulsari campanam, & conuocatis Fratribus, illâ sonante, Deo reddidit spiritum, anno nongentesimo quin, quagesimo nono, feriâ secundâ, tertîâ die Octobris.

## GVTHAGONVS

*Rex Scotiæ.*

**F**uit Regis Scotiæ filius, & pro Christo peregrinus, Oostkerckæ burgo Flandriæ, in pace quieuit, ibi-  
dem cum Gillone socio sepultus. **G**uthagoni corpus 3. July.  
Geraldus Tornacensis Episcopus anno 1159. è terra le-  
uavit & in feretrum transtulit, Aldenburgenfi Dunensi,  
& Quercetano Abbatibus præsentibus. **V**ide Meyerum  
anno 1062, 1065. & 1440. Plura vide apud Mola-  
num.

GERVE